



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXXVI. Markgraft Woldemar bestätigt der Kirche zu Gardelegen eine
Schenkung des Ritters Balch, am 30. Sept. 1317.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

cuiuslibet sacerdoti duos et custodibus et scolaribus singulis singulos denarios elemosine intuitu elargiri. Item pro defunctis predictus dicti loci plebanus duas missas in qualibet Ebdomada faciet celebrari. In huius Rei Euidenciam nostro sigillo munitum dedimus prefens scriptum. Testes ad hoc vocati sunt hennings de blankeborch, Bedeko marscalcus, milites, floteko prepositus Demynensis, Euerus prepositus stolppensis, Segerus prepositus stendalgenfis, hermannus plebanus in Ozzetz ac alii fide digni. Et Ego hermannus dictus balch, miles, predictis consencio et per sigilli mei appensione euidencius hoc protestor. Datum Gramzowe Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinto decimo, feria quinta ante annunciationem beate virginis.

Nach dem Originale im Breslauer Universitäts-Archive.

CXXV. Markgraf Woldemar verkauft der Stadt Gardelegen das Schulzenamt, am 25. April 1316.

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis ac Lufacie Marchio — fidelibus nostris Ciuibus Ciuitatis Gardelege vniuersis tam presentibus quam futuris contulimus et ad manus eorundem discretis viris Bethekino Spelhouel et hennynge de Nyendorpp, Ciuibus Ciuitatis eiusdem, per presentes litteras conferimus Officium prefecture in Gardelege eo modo, quo in Ciuitate stendal tenetur et regitur, tam in campis quam (in) Ciuitate Gardelege tenendum iugiter et habendum. Predicti eciam ciues predictae prefecture officium vni viro ydoneo de eorum Conciuibus vendere poterunt et cui illud vendiderint, sicut ipsis contulimus, hoc possidendum vtique conferimus. Et quod plus est, premissum siquidem officium prefecture ab incolis sepedicte Ciuitatis Gardelege nullo vmquam tempore auferre volumus aut aliquatenus alienare. Quod eciam nostri heredes et successores similiter perpetuo inuiolabiliter obseruabunt. Pro huiusmodi quoque officio prefecture et eius condicionibus prehabitis predictae Ciuitatis Ciues nobis Quinquaginta marcas Brand. Argenti et ponderis in parata pecunia persoluerunt. — Presentibus testibus nostris fidelibus scilicet Conrado de Redere, Borchardo et Gunzelino de Berthensleue, Heinricho de wardenberghe, Hennynge et Theoderico de Santerfleue, fritzone de Schepelitz, Ebelino de Ludericz, militibus, Theoderico in Grandzoy, Sestero in steindal et Euerardo in stolpp prepositis, nostre Curie Capellanis, cum aliis pluribus fide dignis. Act. et Datum in predicta Ciuitate Gardelege, A. dom. millesimo CCC^o sexto decimo, die beati Marci Ewangeliste et martyris.

Nach dem Orig. im Stadtarchive. — Diese Urkunde ist fessher in L. v. Ledebur's Archiv XII. 56. nach einer sehr sorgfältigen Copie von mir mitgetheilt.

CXXVI. Markgraf Woldemar bestätigt der Kirche zu Gardelegen eine Schenkung des Ritters Balch, am 30. Sept. 1317.

— Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio —: Cum dilectus noster capellanus Petrus rector Ecclesie in Gardelege pro remedio anime sue comparavit iusto emptionis titulo dicte ecclesie a fidei nostro milite domino Hermanno dicto Balch cum consensu

suorum heredum quindecim jugera lignorum in rubo juxta villam ejusdem militis dictam Ketfick et dictus miles adjecit dicte ecclesie donationis titulo pro remedio anime sue sueque uxoris Elizabeth et patris sui Wernheri et matris sue Gertrud et fratris sui Wernheri, militis, et avunculi sui Wasmodi de Knesbeke, aliorumque suorum parentum Tria jugera et insuper duas areas duorum Koffatorum, donans cuilibet aree unum jugerum in predicto rubo, ut inde predicto plebano suisque successoribus et nulli alteri faciant servitia Cotfati in premisis areis residentes, et cum hoc donavit dicte ecclesie dictus miles omne jus, quod ipse habuit hactenus in premisis. Nos igitur, ut sumus bonorum operum participes et piorum affectuum promotores, preclarum utriusque Petri scilicet et Hermanni militis meritum pensantes etc. — Ecclesie in Gardelege donamus proprietatem predictorum viginti jugerum et duarum arearum cum omni jure perpetuo possidendam, volentes ut nullus deinceps sibi in predictis aliquid juris audeat vindicare etc. — Et si voluerint predicta jugera extirpare et in agros redigere vel in prata, circumsepere aut circumfodere, in hiis omnibus Liberam habeant facultatem. Sepedictus autem plebanus et quilibet suus successor ad ista perpetuo tenebitur obligatus, quod cum omnibus suis capellanis et custodibus, necnon quinque scolaribus, proxima die post circumfessionem domini longas vigiliis missam et commendationem pro defunctis nostris dictique militis parentibus perpetuis temporibus decantabit, Et cuilibet sacerdoti duos et custodibus et scolaribus singulis singulos denarios, elemosine intuitu largietur, Et missam pro defunctis bis in ebdomada perpetuo faciet celebrari. Ut autem predictorum et proprietatis donatio sempiternum optineat vigorem ipsorum donationem auctorizamus et confirmamus presentibus nostrum sigillum apponentes. Et nos Hermannus et Heningus fratres dicti Belghe, pro nostra parte predicta, per sigillorum nostrorum appensionem protestamur evidenter, presentibus testibus Bartoldo schenken, Henningo de Rochow, Ebelone de buzst, Gherekino de Kerkowe, militibus, Everhardo stolpenfis, Segero Stendaligenfis ecclesiarum dominis prepositis et domino Hermannno de Luchowe, canonico Lubucensi, capellanis nostris cum aliis pluribus fidedignis. Actum et datum in curia monachorum Wachowe, anno domini Millesimo Trecentesimo decimo septimo, die Beati Jeronimi Presbiteri.

Nach dem Originale im Breslauer Universitäts-Archive.

CXXVII. Die Markgräfin Agnes schenkt dem h. Geist-Hospitale zu Gardelegen den Hof Podagrüm, am 13. Sept. 1319.

— Nos Agnes, dei gratia de Brandenburg Marchionissa, notum esse volumus, quod ob reuerentiam omnipotentis Dei et beatissime genetricis sue nec non in salutem animarum nostre nostrique conthoralis charissimi, Domini Waldemari, quondam de Brandenburg Marchionis felicis memorie, dedimus et — donamus Domui S. Spiritus, in ciuitate Gardelege site, pro sustentatione pauperum inibi degentium, curiam Podagrüm dictam cum omnibus suis pertinentiis, scilicet agris cultis et incultis, lignis, pratis, pascuis, aquis, ac cum ceteris ad ipsam pertinentibus absque omni precaria et cujuslibet seruitii onere debito et consueto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam pacifice et quiete. Renuntiantes solempni renuntiatione pro nobis et nostris successoribus omni juri et actioni quod et quantum in dicta curia hactenus habuisse dignoscimur literas per presentes, quibus nostrum